

151
lorum sufficienter debet infundi. **C**ongruum si indignum ut patena post christi corpus sanctissimum cō tacti pateat non mundata et rebus quibuslibet licet mundis sine differentia exponat: Si sentis aliter credo ut post patene vel calicis aut corporalium tactū non sunt manus communicande communibus ante factam post tactum huiusmodi lotionem. **S**i calicis petatur mundatio pro infirmis primam nullatenus aut secundam perfusionem exponant. sed prius semper mundationibus solitis perfectis alijs denuo vinū calicis apponatur petantibus indulgentis.

De disciplina circa ea que ad corpus sunt. **Ca. xviii.**

Habito de disciplina circa spūalia sequitur de ipsa circa corporalia. **E**t primo circa ea que in nobis sunt. Secundo circa ea que extra nos sunt. **I**n respectu eorum que in nobis sunt. **P**rimo videndum est de disciplina respectu totius corporis quātuz ad gestum. **S**ecundo respectu partium corporis quātuz ad actū. **E**t primo respectu lingue quātuz ad duo opera nature in quibus congruit officium lingue scilicet quantum ad loquā et gustū. **S**ecundo respectu manuum ut in exercitio manuali. **T**ertio respectu pedum ut in incessu. **Q**uarto respectu membrorum oīm quātuz ad aliqua ipsorum officia. **D**einde circa ea que extra nos sunt. **P**rimo quantum ad ea de prope ut est vestis et habitus. **S**ecundo quātuz ad ea que de lōge ut sunt officine.

Primo de disciplina in gestu. **Ca. xix.**

Circa disciplinam in gestu (qui modus et figuratio) ratio membrorum et corporis dicitur duplex est custodia adhibenda. **P**rima est ut vnum mem-

D. ij.

brum alterius officium non usurpet aut eius ministerium sui admixtione confundat. Si os loquitur caput non agitur manus non moueatur et sic de aliis ut dicitur alterum membrum operatur alterum quietum omnino permaneat: aut si opera eius necessaria illi esse cognoscuntur ad operandum ordinate moueatur. ¶ **Secundum** da discipline custodia est in gestu ut quodlibet membrum in eo quod facit debitum modum teneat: nec in operante limitet aut honestatis formam excedat hoc est ut in paucis exemplificemus ridere sine aptatione dentium: videre sine deflectione oculorum: loqui sine extentione manuum: sine cōrotatione labiorum: sine agitatione capitis. sine eleuatione superciliorum. icedere sine imoderatione gressuum. sine ventilatione brachiorum. sine gestulatione scapularum tacere: sine defectu membrorum sedere: sine alterutra suspitione pedum et sine altutra accubatione laterum sine diuinatione seu dilatatione crurum: sine extensione vel agitatione tibiarum. nempe honestum et humile frequenter risuram imponere pedes palam cancellare non decet. arcum sicut in publico ita et in secreto sunt gestus in septem de quibus religiosi dicitur esse humilis seuerus et grauis. est et respiciens humilis gestus si superbia si mollicies quae nunc per lasciuie humilitatem nunc per nimiam detectionem latuatur aut si est leuitatez pertinet. Turpis in humilitate professor superbia. Fedus in humili habitu gestulatio fastuosa. sic non est uir muliebres habere mollicies puerili leuitate. Gratuitatis modestia multa affert seruat a moribus honestatis neglecta maculam et contemptum. mortificata scilicet apostolus super terram membra gestus debent mortificatos habere. ¶ **De disciplina in modo loquendi. Ca. xx.**
Disciplinam loquendi tam in modo quam in uerba quam loquendum sit detectione quae in uerborum religio sitate attendi